Morbio 24 (33)

In Nomine domini Anno a Nativitate eiusdem Millessimo quingentessimo tertio decimo Indictione
prima die Jovis vigessimo quarto mensis Martij / dominus franciscus de longis filius quondam domini Antonij
habitans in burgo leuci ducatus mediolani / sanus dei gratia mente licet eger corpore recolens se die hodie
paulo ante hoc codicillum unum condidisse testamentum rogatum per me notarium infrascriptum et se
oblivisse in dicto suo testamento describi facere infrascripta capitula inferius descripta / et volens anime
sue salubriter providere et conscientiam suam exonerare pro posse suo / codicillando et addendo ipsi
suo testamento / quodquidem vult valere iure codicilli / et si non valet vel non valeret iure
codicilli / vult illud valere et tenere debere illa meliori via qua valere et tenere potest /
Inprimis namque prefatus dominus franciscus codicillans / ad petitionem instantiam et requisitionem
mei notarij infrascripti persone publice stippulantis et recipientis nomine et vice et ad partem et utilitatem cuiuslibet
persone cuius interest intererit vel interesse potest et poterit quomodolibet in futurum / et maxime
venerabilium dominarum abbatisse et monialium monasterij domine Sancte Marie Magdalene site
in burgeto Sancti Stephani dicti burgi leuci ordinis cisterciensis / Dixit et protestatus fuit et
dicit et protestatur / quod alias fornimus del burgo ficbat et prestabat fictum libellarium spectabili viro
domino Jacobo de longis modiorum otto bladorum videlicet quinque furmenti duos sichalis et unum millij
vel plus in fonto reperiantur / et quod per dictum quondam dominum Jacobum in eius testamento et ultima
voluntate inter alia legatum et relictum fuit ipsum fictum libellarium prefatis dominabus abbatisse
monialibus et monasterio / quod ipse dominus franciscus de longis codicillans videlicet emit et acquisivit
adicto fornimo melioramenta per eum fornimum facta seu fieri facta in et super molendino super
quo ficbat et prestabatur dictum fictum libellarium de quo supra sito extra dictum burgum leuci
prope dictum monasterium ubi dicitur ad molendinum prope portam Clerinzoni / pro pretio
ducatorum viginti quinque auri / quequidem emptio seu acquisitio licet facta per ipsum dominum
franciscum / tamen re vera facta fuit de denarijs proprijs prefatarum dominarum abbatisse et monialium
ac dicti monasterij / et quod quamvis dicta emptio et seu acquisitio canet in ipsum dominum franciscum
codicillantem / tamen intentio et mens seu voluntas ipsius domini francisci codicillantis erat
et semper fuit et de presenti est emisse et acquisivisse predicta melioramenta nomine quo supra
que venditio et seu acquisitio rogata fuit ut dicit per dominum Johannempetrum de gazario
notarium anno indictione mense et die in eo contentis / Item dictus dominus franciscus codicillans
videlicet ad petitionem instantiam et requisitionem iam dicti mei notarij infrascripti persone publice
stippulantis et recipientis nomine cuius interest et interesse potest ut supra / quod ipse dominus franciscus
codicillans / alias exposuit et numeravit Johannimarie de longis filio quondam spectabilis
artium medecine doctoris domini magistri Antonij nomine domini Gabriellis eius Johannismarie
fratris ex eodem patre totam illam denariorum quantitatem pro qua ipsi fratres creditores fuerunt
pro legato seu testamento condito per dictum quondam dominum magistrum Antonium dictorum Johannismarie
et gabriellis fratrum patrem nomine prefatarum dominarum abbatisse monialium et monasterij et de
denarijs proprijs ipsarum dominarum abbatisse monialium ac monasterij / et predicta omnia codicillans
videlicet dictus dominus franciscus dixit et protestatus fuit et dicit et protestatur ad exonerationem
anime et conscientie sue medio eius iuramento in manibus mei notarij prestito / et de
predictis ipse dominus franciscus rogavit et rogat me Lanfranchinum de georgijs notarium publicum
Mediolanensem notarium et cognitorem ipsius domini francisci codicillantis publicum confici debere instrumentum
unum et plura tenoris eiusdem / Actum in camera cubiculara ipsius domini francisci
codicillantis site in eius domo habitationis sue videlicet coram domino francisco de bilingardis filio
quondam domini Simonis habitante in ipso burgo leuci et Johannepetro de georgijs filio mei notarij infrascripti
habitante in glarea castri Mediolani ducatus predicti ambobus Mediolanensibus notarijs et pro notarijs interessentibus
ibi / Testes spectabilis artium medecine doctor dominus magister Nicholaus de chafeno filius
quondam domini Antonij / dominus Johannespetrus de gazario filius quondam domini Johannis / Johannes dictus
Lanfaninus de porletia filius quondam gulielmi / dominus Johannesiacobus de gazario filius quondam domini
Bertole / et dominus Johannesangellus de Isabellijs filius quondam domini Ludovici omnes habitantes in ipso burgo
leuci omnes noti et cognitores ipsius domini francisci codicillantis idonei vocati et rogati /

Ego Lanfranchus de georgijs filius quondam domini Johannis habitans in glarea
Castri Mediolani ducatus Civitatis sub imperiali auctoritate notarius Mediolanensis
notarius et cognitor predicti domini francisci codicillatis rogatus tradidi
et subscripsi /

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1870051475-16/fragment/page=0001

1513 24/III

Codicillus fact per dnm Franciscum de longis ad profectum dnarum abbatisse
et monialium monrii sancte bte Marie Magdalene burgi lene /

Morbio 24 (93)